

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Cantvs Vigesimvssecvndvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

*Perij sponte sed sui lucri  
facta.*

Vetus amator, confessim in cæteris omnibus sui disp̄dium facit, vt magis se ipsum lucretur, in eo q̄ amat. Et propterea ait nunc anima, quod se ipsam perdiderit, quod est ex industria se ipsam perdere: id que contingit dupliciter. Primo perdendo se ipsam, nullam sui rationē habendo in re aliqua, sed tantum dilecti sui; gratuito se tradendo illi, absque propriæ vilitatis intuitu, sponte perdendo se ipsam, nec villa in re lucrati volendo. Secundo, pereundo rebus omnibus, nibili faciendo, quæ sua sunt, sed ea solum, quæ concernunt amatum; & hoc est, petere rebus omnibus, id est, cupere, vt alij eas lucentur. Talis est fidelis amator Dei, qui neclerum prætendit, nec præmium: sed tantum omnia, etiam se ipsum, voluntarie perdere propter Deum, quod proprium lucrum reputat. Et sane ita est, iuxta D. Pauli dictum, *Mori lucrum, hoc est, meum mori pro Christo spiritualiter rebus om-*

nibus, etiam mihi ip̄i, meum lucrum est; & propterea anima dicit *sui lucrifacta*. Qui enim te ipsum perdere nescit, ie non luctatur, imo se perdit. Quemadmodum *Matt. 16. 25.* Dominus noster ait in Euangelio: *Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam;* qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quod si predictum verbum magis spiritualiter velimus intelligere, magisq; ad præsens institutum scendum est, quod cum anima in via spirituali, eo usque deuenit, vt se ipsam perdiderit, in conuersatione, & commercio cum Deo, quoad modos omnes, & vias procedendi naturales; nec deinceps illum querit per considerationes, formas, aut sentimenti, aut per alia quævis media creaturarum, & sensus: sed hæc omnia & quemuis alium modum, & rationem propriam supergressa, agit cum Deo, eo que perficitur in fide, & amore; tunc dicitur vero Deo lucrifacta: eo quod serio se ipsam perdiderit circa omnia, quæ non sunt Deus.

215  
ccc

ra  
ica

T

## CANTVS VIGESIMVS

## SECUNDVS.

## CANCIÓN XXII.

## SENSVS.

De flores y esmeraldas  
En las frescas manananas escogidas  
Haremos las guirnaldas  
Entu amor florecidas  
I en un cabello mio entretejidas.

Ex floribus & smaragdis  
Primo mane selectis  
Serta conficiemus  
In amore tuo florentia,  
Et in uno capillo meo intertexta.

## DECLARATIO.

IN hoc cantu iterum Sponsa alloquitur Sponsum in communicatione & delitijs amoris, ubi agit de solatio & delectatione, quam anima sponsa, & Dei filius percipiunt ex possessione diuitiarum, virtutum & donorum utrique communium, earumque reciprocō exercitio, promiscuè fruendo illis, in communicatione unionis amoris.

Ecc

Propter.

## EXPLANATIO

400  
Propterea enim loquens cum Sponso ait: serra pretiosa le facturos ex donis & virtutibus, iucundo & opportuno tempore acquisitis & paratis, condecoratis etiam & venustatis in amore, quo ille ipsam prosequitur; custoditis & suffultis amore, quo ipsa illam deperit. Idcirco hanc virtutum fruitionem, terra ex eis confidere vocat: nam tunc simul, cunctis illis, instar florum in seruo, potitur in amore communi quo se inuenient prosequuntur.

### *Ex floribus & smaragdis.*

Flores sunt animae virtutes; smaragdi vero sunt dona, quae habent a Deo: ex his ergo floribus & smaragdis,

### *Primo mane selectis.*

Hoc est: acquisitis & paratis in adolescentijs & florenti aetate, quae sunt atrae maturingearatum: quas virtutes ait esse selectas; quia virtutes, quae hoc iuuentutis tempore acquiruntur, selectas sunt, Deoque valde acceptae; eo quod iuuentutis tempore, maior sit ex parte vitorum repugnantia ad coparandum illas; & ex parte naturae maiori prontitatem & promptitudinem ad easdem perderendas, tum etiam, quia dum hac florentia aetate colligi incipiunt, longe perfectiores parantur, suntque selectiores. Has porrò adolescentias, auras matutinas vocat; nam sicut amoenitas matutina tempore veris gratior est ceteris diei partibus, ita gratior est coram Deo virtus in adolescentia. Potestetiam matutina aura designare actum amoris quibus acquiruntur virtutes, qui proculdubio gratiore sunt Deo, quam sit grata filii hominum aura matutina. Designat etiam aura matutina opera facta cum ariditate & tenacitate spiritus, quae exprimuntur per auram brumalem matutinam hyemis: quae opera proper Deum facta cum siccitate & difficultate spiritus, valde ab illo estimantur: quoniam in illis maxime conqueruntur virtutes & dona, quae autem hoc modo & cum labore parantur, selectiores, excellentiores, solidioresque sunt, quam si acquirantur vento proprio & spiritu suauitate. Virtus enim in ariditate, difficultate, labore & tenacio-

ne agit radices, quemadmodum Deus dicit D. Paulo his verbis: *Virtus in firmatur per seipsum, ac proinde ad commendandum excellentiam virtutum, ex quibus corona pro dilectione confici debent, bene aperię dictum est.*

### *Matutina aura selectis.*

In his enim duntaxat floribus & smaragdis virtutum & donorum selectorum perfectorumque valde sibi cōplacet amans, non vero in imperfectis; & idcirco ait hoc loco anima Spes, quod ex istis floribus ipsi Sponso

### *Serta conficiemus.*

Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod oes virtutes & dona, quae anima & Deo in ipsa acquiruntur, sunt instar coronae virtutum floribus textarum, qua mirum in modum tanquam indumento pretiosissimo & variopinato decoratur, ut autem hoc melius percipiar, nimaduertendū est, quod sicut materialis flores, quādo decerpuntur, sigillatim connatur in seruo, quod ex illis cōficitur, ecce quod plane modo, cū flores spirituales virtutum & donorū cōparantur, collocantur in anima: quibus iam adepti sertū quoque penterationis absolutum est, quo exortari & cōdecorari, Sponsus simili & anima cōgudent & delectātur tandem in statu perfectonis. Hæc sunt serra, quæ se facturos, est cingere & redimire se diversis floribus & smaragdis virtutū & donorū perfectū, ut hoc formoso preciosissimum ornamento decorata anima, ante faciat Regis conditio ne cōpareat, eiique coequari mereatur, ad latus ipsius instar Reginæ cōstituta, ipso-

te quæ tali honore digna sit ob pulchritudinem suæ varietatè. vnde Dauid Proph. cù  
 14.10. Christo loquens in hoc catu dixit: *Astitu Regna à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate: quod tantum dñe est, ac dicere, astitit à dextris tuis, perfecto amore amata, & circumdata varietate donorū & virtutum perfectarū; & non ait, ipsa sola ferta ne clā, neq; tu solus illa facies: sed ambo simul; quoniā nequit anima sola operari & adipisci virtutes, absq; Deiauxilio; neq; et à illas solus Deus operatur in anima absque cooperatione ipsius: Nam*

*lambd. 17 tibi verum sit, quod dixit D. Iacob. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, defusum est descendens à Patre lumenum. nihilominus id ipsum non recipitur absque habilitate & cooperatione animæ recipiens. Hinc Sponsa in Canticis cum Sponso locuta dixit: Trabe me post te, curremus &c. Itaque motus in bonum à solo deo venire debet, sicut hœ loco indicat; de cursu vento non dixit quod ipse solus, vel sola ipsa ceteret; sed ambo curremus, quod est Deum & animam simul operari. Versiculus iste appositi satis intelligitur de Ecclesia & Christo, in quo Ecclesia Sponsa loquuntur cum ipso, dicens:*

*Serta conficiemus.*

Sertorum metaphora designat oēs animas sanctas, regeneratas per Christū in Ecclesia, quatum singulæ sunt in star corona, floribus virtutum & donorum exornatae, & simul omnes sicut sertum & corona una capiti Sponsi Christi imponenda. Possunt etiam decora ferta hæc designare eas, quæ alio nomine laureola nuncupantur, etiam in Christo & Ecclesia contextæ, suntq; in triplici differentia. Primum sertum est ex candidis pulcherrimisq; floribus omnium Virginū quælibet seorsim sua laureola virginitatis, & oēs simul erunt lau-

reola vna imponenda capiti Sponsi Christi Domini. Secunda laureola est ex fulgētib. & coruscantibus florib. SS. Doctorū quilibet sua decoratus laurea & simul oēserunt laureola vna imponenda capiti Christi, supra laureolā Virginum. Tertia denique laureola est ex rubescētibus caryophyllis Martyrum, vnuquisq; etiam sui laurea Martyrij, & omnes simul erunt laureola vna pro coronide laureola Spōsi Christi: quo triplici serto redimitus, adē speciosus & decorus apparebit Christus Sponsus, quod de ipso cantabitur in cœlo illud, quod Sponsa in Canticis cecinuit dicens: *Egedimini & videte filia Sion Regem Cant. 3.18. Salomonem in diademe, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die letitiae cordis eius: Hæc itaque ferta, ait Sponsa, conficiemus*

*In amore tuo florentia.*

Flos operum ac virtutum, est gratia, & virtus quam habent ab amore Dei, sine quo, non modo non efflorerent, verum etiam omnes atidæ essent & nullius valoris apud Deum, etiamsi humano modo perfectæ essent. At quoniam ipse gratiam & amorem largitur, propterea opera illius sunt amore florentia.

*Et in uno capillo meo intertexta.*

Hic animæ capillus est voluntas, & amor ipsius erga dilectum, qui amor idem capillus animæ, prout munus subit in anima, quod filum illaqueat in serto. Nā quemadmodū filum illaqueat & irretit flores in serto; ita amor illaqueat & irretit virtutes in anima, & in ipsa sustentat. Etenim vt Diuus Paulus affirmat charitas est vinculum perfectionis: *Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Itaque in hoc animæ amore ita*

*Ecc. 2 nec*

necessario prehensæ sunt virtutes & dona supernatura, quod si infringeretur per recessum à Deo, quam primum erit dissolueretur, & abessent oēs virtutes; ab anima sicuti frāctō filo serti flores dilaberentur. Non igitur satis est, si Deus nos diligit, ad hoc ut virtutes nobis donet; sed etiam requiritur, vt nos eum vicissim amemus, quo sic eas recipiamus & conseruemus. Capillum vnicum dixit, non plures, vt denotaret, quod voluntas sua illi soli adhæ-

reat, à cæteris omnibus crinibus a uulsa; id est, extraneis, & peregrinis amoribus. Quo encomio optimè commendat, & exaggerat valorem & estimationem istorum lertorum virrūtum, cum enim amor solus & solidus est in Deo, qualis est quem anima hīc describit; etiam virtutes perte-  
ctæ, expositæ admodum & floridæ sunt in Dei amore. amor enim, quo runc sponsum animam diligit, inestimabilis est, prout ipsa in sequenti cantu significat.

## CANTVS VIGESIMVS TER T I V S.

### CANCION XXIII.

SENSVS.

*En solo aquel cabello  
Que en mi cuello bolar consideraste  
Mirafle en mi cuello  
I en el preso quedaste  
Ten uno de mis ojos te llagaste.*

*In illo solo crine  
Quem in collo meo volare considerasti,  
In collo meo illum aspexisti,  
Et in eo vincit suus  
Et in uno oculorum meorum es plagatus.*

### DEC L A R A T I O.

Tria vult significare anima in hoc Cantu; Primum, quod amor ille, quo sunt connexæ virtutes, non sit alius, quam amor fortis, reuera enim oportet talis sit, vt illas conseruet. Secundo ait, maximè Deo placuisse crinem hunc amoris, dum vnicum & fortem consperxit. Tertio denique afferit, quod arctissime Deus adamauerit eam, fidei suæ nitorem & integratatem intuitus; ait itaque in hunc modum:

*In illo solo crine  
Quem in collo meo volare  
considerasti.*

Collum fortitudinem indicat, in qua volitare ait capillum amoris, quo sunt intertextæ virtutes, qui est amor fortis. Non enim satis est, vt sit solus & vnicus ad conservandum virtutes; sed requiritur etiam, vt sit fortis ne aliquod vitium contrarium, ex aliquo serti perfectionis latere consurgat, illum valeat disuimpere. Tali quippe ordine connexæ sunt virtutes, hoc crine amoris animæ, quod si in earum aliqua dis-

rumperetur, protinus, vt diximus, oēs deficerent. Nam quemadmodū, vbi una virtus est, reliquæ oēs adiunt, ita etiā vbi de ista est vna, cæteræ oēs defunt. Ait portò quod volaret in collo capillus iste: quia in fortitudine animæ, quæ est ipsius collum, amor iste ad eum fortissime celestremque volat, nec cunctatur alicubi: & sicut in collo veteris agitat & volitare sicut capillus, sicut & Spir. S. aura mouet & agitat amore forte, vt volatibus feratur in Deum. Equidem hæc aura diuina moueat portuas ad exercitium diuinæ amoris: virtutes nō operantur, etiam si sint in anima. Cū vero ait, qdilectus considerauit capillum hunc in collo.